

FACULTATIS MEDICÆ
IN PERANTIQUA HIERANA
DECANUS ET SENIOR
D.JO.ANDREAS

Sischer,

CONSILIARIUS ET ARCHIATER
ELECT. MOGLINT. PATHOL. ET PRAX. PROFESS.
PUBL. PRIMARIUS NEC NON MEDICUS PRO-
VINCIALIS DUCALIS ISENACENSIS.

Lectori Benevolo

S. P. D.

Ipsique hoc Programmate Inaugurali proponit

IDIOSYNCRASIAM MIRACULOSAM

Sanitatem amissam solo contactu restituendi, in quibusdam Personis Illustribus conspicuum.

ERFORDIÆ,

Typis Joh. Mich. Funckii, Academ. Adj. Typog.

LEONHARDIUS MEDICUS

IN HANAVIA HERALDI

SCANSAT SENIOR

DJO. ANDREAS

1518

SCANSAT ET ARCHIDATE



Ircumspicientes vastam hanc rerum
universtatem, & in ea consideran-
tes Divini Architecti prælustre
magisterium, quod in confluendo
hoc univeritatis corpore exhibuit,
singularem nempe ordinis præstan-
tianum, pulchritudinem formæ ex-
quisitam, mirificam varietatis in-
tor generibus corporum occur-
rentis confonantiam, & in commune bonum conspirationem,
proprietatum, virtutum, facultatum, intra rerum creatarum
centrales abyssos altè reconditarum, diversitatem incompre-
hensibilem, verbo, quam affabre, quam concinna, omnia
facta & digesta fint; non possumus, quin undiqueque
radiantem sapientiam omnipotentiamque summi Creatoris,
honorificentissime prædicemus, demississime deveneremur,
maximopere suspiciamus. Atque in hujusmodi laudis & ad-
mirationis præconia nos quasi manu ducunt arcanæ quali-
tates illæ trium regnorum, in usu & medicamentis ma-
gnificæ, quæ dum in animalium, vegetabilium & mine-
rialium meditullio conclusæ latent, ad similitudinem mi-
raculorum accedere videntur, idque cùmpromis, quod quæ-
dam ex recentis rarís ejusmodi donis sunt exornata, &
)(

præ

præ reliquis sui generis instructa; sed penitus intuenti apparet, hæc ipsa non nisi thaumaturga naturæ esse, cui id præcipui Divina benignitas elargita est, ut & quandoque admirabilia patrare possit. Gratiam exempli insignem præbebit curiosis idiosyncrasia miraculosa, in certis corporis humani affectibus solo contactu sanandis, conspicua, quo peculiari charisimata dotati leguntur homines nonnulli, & quidem in eminentiori vitæ genere constituti, quemadmodum Galliæ, Hispaniæ, Angliaque Reges suo exemplo testantur, qui virtute strumas sanandi, dæmones fugandi & epilepsiam curandi haec tenus inclaruere. Scilicet natura in magnis Heroibus, & in supremæ majestatis præcipue Monarchis, insigne aliud addere vult, ut ceteros homines, quibus imperare debent, non dignitate solum antecellant, sed insigni aliqua virtutis prærogativa, ac gratuito naturæ dono, alijs minime communi, subinde insigniantur. Instituantur vero memoratae sanationes miraculose à laudatissimis Regibus quotannis communiter quatuor vicibus, festo seil: Paschatos, Pentecostes, Omnia Sanctorum & Nativitat: Christi, quibus miseri tanguntur, quo fine solennis habetur actus, qui in Gallia, referente Linnaeo Not: Franc: l. 2. c. 5. p. 376. sic per agitur: Strumis laborantes quotquot numero sunt, postquam ab Archiatro Regio ejusque collegis, ut & chirugis auxiliis diligenter examinati, quo morbo infecti sint, sub dio, quod Turonibus; seu in ambulacro quodam spatio, ut Parisiis in Lupara, En la grande' gallerie, fieri solet, convenient, ibique ab illis quorum muneris hoc est, ita collocantur, ut primum locum teneant Hispani, hos sequantur alij exteri, & ultimi sint Galli. In duplum enim lineam ut plurimum disparantur, quarum una à dextris altera à sinistris; tanto inter utramque spatio relicto, ut ad minimum tres quatuor personæ uno ordine sine impedimento incedere possint. Ubi tempus adventus Regis appropinquit, procumbentes in genua eum præstolantur. Interea exacta fit investigatio an cuiquam eorum culter sit, sorfex, vel aliud quidpiam, quo lèdere Regem possit; & quidquid hujus generis

est

est removetur. At ingressum Regis juncas manus, more
supplicantium, elevant morbos. Precedunt milites præto-
riani, officiarii aulici, nec non sceptrogeruli, sequitur Rex
nudo capite, devote orantem gestibus repræsentans: Medici
regii à tergo ægrorum sunt, quorum capita stringentes, unius
eiususque Regi transeunti quasi offerunt. Hic extenso pau-
lisper brachio dextro, manu perfundoriè tangit decusstatim
faciem oblatam, & addit verba: Le Roy te touche, Dieu te
guerisse: (Rex te tangit, Deus te sanet:) Hæc cæremonia
cademque verba iterantur ad singulos, insequentes autem
eleemosynarii unicuique horum quos tetigit Rex, velloco via-
tici, vel in rei gestæ memoriam aliquantum pecunia tradunt.
Cæterum solennitatis & cæremonias in epilepticorum & ob-
sessorum sanatione adhiberi solitas, brevitatis studio hic præ-
termitto, lectori benevolo Chamil: Borell: de præstantia
Regis Catholici, & Polyd: Virgil. Histor: Anglia commen-
dans. Id vero prætereundum non arbitror, quod similem
sanandi strumas virtutem in Carol: I. Magn: Britann:
Rege suo tempore observaverit Nobil: a Mandelslo,
de quâ *itin.* Indic. lib. 2. c. 25. sequentia refert: Am Heil.
Drey-König-Dage habe ich gesehen / wie Ihr. König-
liche Majest. in England mit großen Cerimonien das
Königs-übel curiret hat. Es seynd etliche Leute/ welche
gar dicke Rehlen oder Kröpfe haben / selbige pflegen bis-
weilen um solche Zeit von ferne zu kommen/ auf daß wann
sonst keine Ärckney an ihnen helffen will, sie durch anrühren
des Königs geheilt werden. Und ist diese Eur, welche oh-
ne Zuthun einiger Ärckney geschiehet, ein gar groß Wun-
derwerk. Der König sasse im Saal/ die Patienten so
mit der Kropff-Krankheit behafftet waren, knieten für
ihm nieder / der König stand auf/ und röhret jeglichen mit
beyden Händen an. Unterdessen knieten drey Bischöfße ne-
ben dem König/ und lasen etwas aus denen Büchern/ und
sprachen den Seegen über die Eur. Nec angustia chartæ

nec instituti ratio permittit, in praesentia solicite inquirere
in præclaram hanc virtutem altissi ne memoratis Personis
Regis concessam, an Gallie Rex struinas sanandi donum Clo-
doveo ad fidem catholicam redacto, precibusve Sti Marcul-
phi; Hispanæ Marcha potestatem dæmones ab obsessis
fugandi Recaredo, quondam Regi virtute ac pietate insigni;
Anglia Rex epilepsiam curandi facultatem divo Eduardo de-
beatjan ipsis hæc Idiosyncrasia hæreditario jure, aut innata qua-
dam virtute sympathetica, competit; Id modo notari velim, &
Pyrrhum Epirotarum Regem olim, Plutarcho in vita ejus refe-
rente, digitæ contactu, lenosos persanasse: Vespasianum,
Sveton. afferente, claudicantes luminibusve orbatis, calcis
contactu & spati in oculos immissoe: Adrianum vetulan,
genua ipsis exosculantem; Pyllos & Marsos contactu de-
morsos à serpentibus juvassæ Plin. lib. VII. H. N. affirmante;
Adolescentem quandam, pedibus tangendo, equos curâsse, &
puerum Salmanticæ plures solo attacu à gravissimis morbis
liberassæ Nierenberg. Phil. curios. testante: Quid, quod, Sam-
marthano auctore quidam Nicol. Balliol. totaque familia
ipsis in more positum habuit, quoenammodo fracta aut
luxata ossa, nervosque & artus contusos, vel fede sua emotos
vi tacita sanare, & in pristinum vigorem roburque restituere.
Et cum milii de miraculis tactus differenti, occasionem
simul subministratam video, acerbissimam passionem Domini-
nicam hac in hebdomade magna, pia grataque mente recolendi,
& manufuetudinem Salvatoris, iunprobò pontificis servo, nebu-
loni scelerato exhibitam, demirandi, cuius misertus Dominus,
aureum ense resectam, contactu plane miraculo, restituit;
utique illam haud prætermittendam duxi, qvò divini hujus
miraculi memoria apud nos quoque reviviscat, & ad seram
posteritatem transferatur. De cetero non possum non infi-
gniter commendare, laboris improbi, industriae indefessæ mul-
taque experientiæ opus qvod pro specimine inaugurali con-
cinnavit.

No-

Nobilissimus atque Clarissimus Dominus
DAVID CASPARUS
ROEHNER,
LIGNICENSIS SILESIUS,
Medicinæ Candidatus dignissimus,

Qui hanc lucem primitus adspexit Lignicii Sileſiorum A.R.S. M. DCC. Die XXIV. Decembr. Dno. Johanne Ræhner, Mercatore, dum viveret, ibidem haud incelebri, Patre, Matre vero Dorothea Thilania, Senatorii Ordinis Lesnæ in Polonia Viri, filia, existentibus. Atque prælaudata hæc ipsius Mater, Patre ad cœlestes sedes præmature evocato, usque ad ætatis annum septimum omnem adhibuit operam, ut prima pietatis literarumque fundamenta, decenter poneret, quam curam postea, matre exacto septennio ad secunda vota transeunte, Vitricus ejus optimus, Dn. Johannes Joach. Ammannus, Vir integerrimus, Chymiae & Artis Pharmaceuticæ peritissimus, etiam in se suscepit, laudabilique exemplo continuavit, siquidem is non solum educationis, sed & valetudinis adversæ, qua tum Candidatus noster, affligebatur, rationem habuit, eaque propter ipsum Benthenam ad Oderam misit, ubi simul literis per sexennium incumbendi occasionem naclus est faventissimam. Postea vero patrii laribus redditus Gymnasium Lignicense frequentare coepit, atque sub informatione fidelissima, Clarissimorum Virorum Dn. Johann. Sinapii, Rectoris meritiſſimi, Dn. Danielis Balthas. Hertwig, Pro-Rectoris, & Dn. Christiani Schœteri Conrectoris, nunc pie de natu, in linguis artibusque humanioribus usque adeo profecit, ut A.M. DCC. XIX. celeberrimam Lipsiensem salutare potuerit, Magnifico Dno Joh. Burckard. Menckenio JCto, Regis Poloniarum atque Electoris Saxoniæ Consiliario & Historiographo, sceptræ academica tenente. Atque hic & Philoſophia

phia & Medecinæ strenuam navavit operam, cum primis in
studio medico sibi ducem elegit incomparabilem quondam
fenuum Magnificum Dn. Drem. Aug. Quir. Rivinum, Fac. Med.
Decan. perpetuum, ex cuius ore totus tam privatim, quam
publice in lectionibus Therapeuticis & Botanicis, peperit: In
Anotomicis Magnif. Du. Dm. Schacherum t. t. Anat. & Chir.
P. P. nunc Fac. Med. Pro Decan. & Senior. Anat. & Chi-
rurg. publice docentem, nonnullaque sectiones instituen-
tem, nec non, Dn. D. Mylium, nunc beatum, secutus est. Tan-
dem vita academicæ mutandæ cœpit consilium, summosque
in medicina honores aucupari constituit. Ut ergo voti sui
compos fieret, nostram nuperime accessit perantiquam Hierar-
iam, & Facult. Med. desiderio suo, debita cum obseruantia,
exposito, à me in numerum Candidatorum relatus, & ad ex-
amina consueta admisssus est, in quibus etiam fletit pulcherrimi-
mè, atque communi Dnn. Acessorum suffragio dignus judi-
catus est, qui ad ea quæ sunt in arte nostra sublimia, quam pro-
xime adspiret, simulac prius specimen eruditiois publicum, in-
auguraliter disputando, ediderit, cui de CORRIGENDA IDIO-
SYNCRASIA in Stat. P. N. DEGENERANTE, instituendo,
Diem V. Aprilis D. V. decrevimus. Ad quem Actum Inaugu-
ralem honorifica præfentia sua splendidiorem reddendum, Ma-
nif. Dn. Rector, Academiæ Proceres, omnesqve studio Me-
dico bene cupientes, perquam humaniter officioseque hisce
invitantur. Publ. Erfordia sub sigillo Facult. Medic. Domin.
Palm. Die. II. Aprilis Anno MDCCXXIV.







00 A 6271

E17

VD18


ULB Halle
003 571 882




3

f







35

LTATIS MEDICÆ
ERANTIQUA HIERANA
ANUS ET SENIOR
ANDREAS

Sischer,

**ARIUS ET ARCHIATER
SUNT. PATHOL. ET PRAX. PROFESS.
MARIUS NEC NON MEDICUS PRO-
LALIS DUCALIS ISENACENSIS,**

Lectori Benevolo

S. P. D.

hoc Programmate Inaugurali proponit

YNCRASIAM MIRACULOSAM

sam solo contactu restituendi, in quibusdam
ersonis Illustribus conspicuam.

ERFORDIÆ,
h. Mich. Funckii, Academ. Adj. Typog.